

Trōia est urbs. Trōia est m̄agna urbs. Aenēās cum familiā Trōiae habitat. Aenēās est in urbe.

Aenēās domum videt. Aenēās ignem videt. M̄agnus ignis est in urbe! Ēheu! Miser Aenēās!

Aenēās clāmat, "Ascānius!" Aenēās filium videt.

Aenēās clāmat, "Pater!" Aenēās senem videt.

Aenēās clāmat, "Creūsa!" Aenēās uxōrem nōn videt.

Aenēās clāmat, "Creūsa! Creūsa!" Aenēās uxōrem nōn videt.

Aenēās cum patre et cum filiō ex urbe it. Creūsa ex urbe nōn it. Misera Creūsa!

Aenēās et familia ad m̄are eunt. Multī amīcī ad m̄are eunt. Aenēās vult ire in m̄are. Nōn potest ire in mare. Nōn habet nāvem. Aenēās vult facere nāvem.

Aenēās et amīcī eunt ad arbores. Multae arbores sunt. Aenēās et amīcī capiunt arborēs. Aenēās et amīcī eunt ad mare. Iam Aenēās potest facere nāvem. Amīcī possunt facere nāvēs. Omnēs faciunt nāvēs. Omnes eunt in nāvēs et eunt in m̄are.

Aenēās multōs annōs nāvigat. Aenēās multās terrās videt.

Ūna terra est Thrācia. Aenēās et amīcī nāvigant ad Thrāciam. Aenēās vult facere novam urbem.

Aenēās videt arborēs. Aenēās et amīcī temptant capere arborēs, sed multus sanguis fluit ex arboribus. Multus sanguis fluit ē terrā. Thrācia est mala terra! Aenēās et amīcī ex Thrāciā nāvigant.

Aenēās et amīcī nāvigant ad terram. Haec terra est Crēta. Crēta est magna īnsula. Aenēās et amīcī dormiunt. Dum Aenēās dormit, deī inquiunt, "Necesse est ire ad Ītaliā."

Aenēās et amīcī nāvigant ad alteram terram. Haec terra quoque est īnsula, sed haec īnsula est parva. Aenēās et amīcī cibum vident et temptant capere, sed, dum temptant, harp̄yiae eos temptant interficere! Harp̄yiae interficiunt multōs amīcōs Aenēae! Multus sanguis fluit! Ūna harpyia clāmat, "Ite ad Ītaliā! Exīte hāc īnsulā!"

Anchīsēs, pater Aenēae, clāmat, "Necesse est exīre! Īte ad nāvēs!" Et Aenēās et amīcī nāvigant ex īnsulā.

Aenēās et amīcī nāvigant ad terram. Haec terra est Sicilia. Sicilia est magna īnsula. Cyclōpēs habitant in Siciliā, sed Aenēās nōn videt Cyclōpēs. Aenēās videt virum in terra. Hic vir est Graecus!

Graecus videt Troiānōs. Graecus est perterritus. Anchīsēs dat Graecō manum.

“Sum Achaemenidēs,” Graecus inquit. “Nāvigābam cum Ulixē. Magnus Cyclōps, Polyphēmus, Ulixem interficere temptabat. Ulixēs nāvigāvit ab īsulā. Ego nōn nāvigāvī.”

Iam Aenēās videt Polyphēmum. “Necesse est exīre! Īte ad nāvēs!” Troiānī cum Achaemenide exeunt Siciliā.

Dum nāvigat, Anchīsēs moritur. Aenēās ad alteram terram in Siciliā nāvigat et patrem sepelit. Miser Aenēās!